



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. LVI. De Moscouia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

128 DE STATV RELIG. CHRIST.

Est autem in Suecia vnicus Archiepiscopus, nimirum Vpsaliensis, per Eugenium III. Papam an. 1148. creatus: cui sex Episcopi solent suffragari.

Scarensis anno 1026.

Scarens.

Lincopenfis.

Lincopen-

Stregenensis.

Stengenes.

Aboensis in Finlandia.

Abo.

Aroensiensis.

Aroesen.

Vellimenensis.

Vellimen.

Tota hodie Suecia, cum Gothia vicinique prouincijs, haeresi Lutherana est infecta.

C A P V T L V I.

D E M O S C O V I A.

Mosci Metropolitam suum, in Moscua vrbe residentem, à Patriarcha Constantinopolitano accipere olim habent. Huic subesse solent Archiepiscopi duo, Rostouiensis & Novogardiensis: Episcopi autem octo, Cortizensis, Rezanensis, Columnenensis, Casanensis, Vologdensis, Tuerensis, Smolensensis, & Sudaliensis. Habent autem Mosci multos errores cum Græcis communes, de quibus vide Posseuinum in Moscouie descriptione.

Smo-

Smolenscum hodie tenent Poloni , cum magna parte Moscouiae.

De Characteribus Moscouiticis , qui è Græcis sunt deprauati , vide suprà capite 42.

## CAPUT LVII.

DE GRAECIAE ET PA-  
triarchatus Constantinopolita-  
ni statu.

**G**ræcia , omnium penè artium ac scientiarum olim inuentrix accultrix , hodie maximā ex parte Turcarum tyrannide oppressa iacet. Veneti partem aliquam possident , sed ferè in mari , vel ad mare. De hodiernis Græcorum moribus scribit fusè Bellonius , Observationum lib. I . cap. 3 . & sequentibus. Græcanicarum Ecclesiarum statum sub Imperio Turcico , iam inde ab expugnata Constantinopoli usque ad hæc tempora , fusè describit Martinus Crusius in suâ Turco-Græciâ , sed cautè legenda.

In ipsa vrbe Constantinopolitana ho- *Caffaluci*. dieque multi viuunt homines Christiani , ritus Latini , quos vulgo *Caffalucos* vocant ex opido Caffa per Mahometem Turcarum Regem eò translati : & possident templum S. Nicolao sacrum.

I

In